

VIRO  
 A PIETATE, ERUDITIONE ET FIDELITATE  
 COMMENDATISSIMO,  
**DNO. GEORGIO**  
**Lehmann /**  
 Gymnasii Thorunensis Collegæ per ipsos XLVI.  
 annos solertissimo,  
**P R A E C E P T O R I**  
 de mediæ ætatis Juventute optime merito,  
 a. d. XVII. Jun. A. M. DCCII. rebus humanis  
 placide exento,  
*ipso Exequiarum die,*  
 qui in XXII. diem ejusdem Mensis incidit,  
 LITTERARIA HÆC MONVMENTA  
*erigere voluerunt*  
 dicti Gymnasii  
**RECTOR & PROFESSORES.**

---

THORUNII,  
 EX OFFICINA NOBILISS. SENATUS ET GYMNASII,

## Grab-Schrift.

### \* Die Gebeine

Herrn George Lehmannes /  
weiland ältesten Collegens am Thornischen Gymnasio,  
welcher sein Lehns-Herrn / (Feudum,) /  
das ist/ sein Leben und Amt/  
(Deren jenes Er A. 1633. von Gott; dieses A. 1656. von der Obrig-  
als seinen Lehns-Herrn / empfangen /) (keit/  
gleich wie einem redlichen Lehns-Manne gebühret/  
derogestalt geführet und verwaltet /  
Daz Er das erste nach 69. Jahren mit gutem Gewissen/  
das andre nach 46. Jahren mit Ruhm /  
wieder überließern können /  
Erwarten allhier eine fröhliche Auferstehung von Todten.

### \*\*\* M. George Wende.


Nunc modo securæ venerunt otia vitæ ,  
O LEHMANNE, tuis non revocanda malis.  
In cœlo celebras requiem, fruerisqvè beatâ ,  
Qvam Tibi non potuit suppeditare Schola.  
Utere sorte tua prosper, qvam terra negavit:  
Regna sed in cœlo prosperiora tenes !

Doloris prolixioris argumenta ob charta,  
angustiam addere non  
potuit

M. MARTINUS Böhm/

LEHMANNVS sensit multos variosqve labores ,  
Dum fuit in miseris, & sine fruge Scholis.  
Artes tradebat pueris per tempora vitæ ,  
Et qvæ sunt mundi præmia, pauper erat.  
Nunc demum in DOMINO placide obdormivit ibidem ,  
Supremum nobis dixit in orbe vale.

Ergo



Ergo sceptræ Scholæ, sterilesque valete cathedræ ,  
Functio me gravior, cumqve quiete manet.  
Lux mihi, lux alis doctas quæ sparsa per umbras ,  
Æthereæ signat nunc mihi lucis iter.  
Fortunate Senex sentina exempta malorum ,  
Vivis cœlesti post pia fara domo.

Ultimum affectum testabatur  
PAVLVS PATER ,  
Mathem. Prof.

A Pollo, si quem Grammaticen jubes  
Docere, socordes pueros Scholis  
Formare, lingua, voce, penna ,  
Sisyphus is poterit vocari.  
Sudore saxum filius Æoli hic ,  
Urgebat ingens ad juga montium ,  
E partibus terræ profundis ,  
Mille malis agitatus idem est.  
Ascendit altis vallibus ad juga  
Cum mole faxi , jamqve putat miser ,  
Qvòd fixa stabit ceu cupivit ,  
Illa tamen ruit absqve lege.  
Rursus rebellem corripit æstuans  
Dolore, bile , & pellit ad æthera.  
Consistat & vult in supremo  
Culmine, sed ruit absqve lege.  
Decurrit, errat, nec tenet orbitam  
Unam, cadendo maxima & infima  
Prosternit, infringit, fatigat ,  
Sic labor atqve opera est inanis.  
LEHMANNE frigens, surgere si potes ,  
Exsurge, dicas, onera saxeа  
Tu nonne volveras protervè ,  
Grammaticos canonas docendo ?

At

At sapè dixi: Nil video boni  
Fructūs, acerbas damno operas meas,  
Condemno & horas, aureumqve  
Qvod fluit, interiitqve tempus.  
Non post labores horrea mergite  
Solers videbit semper agricola  
Repleta, truncō nec retorto,  
Mercurius poterit dolari.  
Industriè sat qvod fuerat tuum  
Urgere, constans mos fuit hic tuus,  
LEHMANN, sunt qui te celebrant,  
Qui recolunt animo vigorem.  
Si non canent hunc Appia marmora,  
Si non legetur Flaminiiis viis,  
Qvid tum? satis merces opima est,  
Discipulo celebrari ab uno.  
Qvod si nec isti mens fuerit proba,  
Qvod si tacebit te meritum, licet.  
Præclara merces est taceri  
Grammatici fieri qve probro.

JOHANNES REZIK,  
P.P. & Visitator.

S At bene de multis meritus sua lumina clausit  
LEHMANNUS compos Luminis ætherei.  
Pene omnes aliquid se ex hoc didicisse fatentur,  
Nunc vulgi nomen qvotqvot habere negant.  
Non aliud restat tantorum in fine laborum,  
Qvam gratâ omissum mente tenere Virum.

M. MARTINUS BERTLEFF,  
Prof. P. & Visit.

